





LXXIII.

1753/11^a
15

DISSERTATIO IVRIDICA

DE

GENVINO REMEDIORVM
PROVOCATORIORVM
EORVMQVE ACTIONVM
ANNEXARVM VSV PRACTICO

^{QVAM}
DIVINA ANNVENTE GRATIA,
RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

DOMINO

ERNESTO AVGVSTO
CONSTANTINO

DVCE SAXONIAE, IVLIACI, CLIVIAE, MONTIVM,
ANGARIAE ET WESTPHALIAE, RELIQVA

CONSENTIENTE ILLVSTRI ORDINE IVRIDICO
PRAESIDE

IOANNE ANDREA HOFFMANNO
IVRIS VTRIVSQUE DOCTORE

PRAECEPTORE ATQVE HOSPITE SVO AETERNVM COLENDO
AD. D. XIV. APRILIS A. O. R. MDCCLIII.

IN ACADEMIAE IENENSIS
AVDITORIO IVRIDICO

PVBLCICE DEFENDET
ILLIVS AVCTOR

CAROLVS ADOLPHVS WACHLER
GOTHANVS I. V. C.

IENAE LITTERIS SCHILLIANIS

DISPUTATIO IURIDICA
DE
GENVINO REMEDIORVM
PROVOCATORIVM
FORVMVE ACTIONVM
IURE IURIS VSV PRACTICO

DIVINA ANIMAE BEATITUDO
MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPIS AC DOMINI

FRNESCO
CONSILIO
DACE SANDOMIA
ANGELI



ONFRONTANTE HVA ORDINE IURIDICO
V. M. A. S. I. G. A.
IOHANNES ANDREA HOTTMANNO

IVRIS PRACTICAE DOCTOR
PRACTICORVMQUE IURIS ET IURISCONSULTORVM
ACADEMIAE TENNISIS
IN ACADEMIA TENNISIS
AVDITORIO IURIDICO

IVRIS PRACTICAE
IOHANNES ANDREA HOTTMANNUS
AVDITORIO IURIDICO

IOHANNES ANDREA HOTTMANNUS
AVDITORIO IURIDICO





S. I.



Cum iam mihi animus sit, relicta hacce bonarum artium sede, patriae dulcissimae solum repetendi, ipsa sana ratio me impulit, ut huic temporis, hucusque in altioribus scientiis, praesertim in arte, qua facta ad legum normam referuntur, impensi, reddam rationem. Quod quidem ipsum a me melius expediri non posse facile perspexi, quam legibus patriae specialioribus simul obsecuturus, materiam quandam, in iuris legumque peritia dubiis expositam, si mihi pertractandam sumerem. In varias vero de hacce re distractus sententias, inter alia, ea, in fronte huius dissertationis indicata, dum praesertim summus quidam Vir mihi eius auctor suasorque existit, arrisit, atque ut iussui illius praestantissimo morem gererem, visa est digna, quae paulo enodetur accuratius. Equidem ingenii monumenta, quae sparsim de hac videre lucem, a proposito susceptoque me detinere potuissent consilio; Ast experientia edoctus, magnum eorum esse numerum, qui licet ius in foro agant, de discrimine tamen et conuenientia, horum iuris remediorum, nullam distinctam animo tenent notionem, eo
A luben-



Iubentius finem, mihi semel praefixum, ut ad effectum perducerem, manus operi adieci. Quo autem eo me expedirem distinctius, generalioribus quibusdam principiis praefructis, ipsam rei pertractationem suscepturus sum.

§. II.

Omne pactum legibus non reprobatum, producit hodie obligationem perfectam. Vbi vnus est obligatus, ibi is, cui est obligatus, habet ius *a)*, ab eo implementum obligationis exigendi. Ius concedit media, ad finem obtinendum necessaria; haec aut ipse exercet, aut per alium ea exerceri, patitur.

a) Ius, licet alios adhuc habeat significatus L. *penult.* et *ultim.* ff. de *iust. et iur.* mihi hic nihil est aliud, quam facultas alicui competens, aliquid legibus conuenienter agendi.

§. III.

In statu naturali qui vitam degit, propria auctoritate ius sibi in alterum competens potest exercere; Ast ratio status ciuilis, in quo iam sumus, id non sinit, sed potius vult, ut interueniente persona *a)*, hunc in finem constituta, legitime illud persequamur.

a) Hoc asserens, eo ipso non nego, dari casus, a regula formata aberrantes, in quibus ob legum iustam permissionem, quis ius suum proprio Marte expedire laud prohibetur. Pertinet huc 1) defectus iudicis, aut momentaneus aut continuus 2.) Si iustus sub-
fit dolor. 3.) Causa possessoria L. 10. §. 16. ff. de *his quae in fraud. credit.* T. Tit. C. *quando lic. unicuique sine Iudice se vind.* STRVV. *diff. de vindicta priuata* III. BVDER *de violenta defensione priuata in statu ciuili.*

§. IV.

In statu ciuili regulariter ius nostrum exercemus mediate (II). Quum vero quilibet iuri suo possit vario modo renunciare; hinc etiam liberi eius est arbitrii, num iure suo, quo alter illi est adstrictus, velit uti, an non *a)*. Nihilo tamen



tamen fecius dantur casus *b*), ubi quis ad exercitium sui iuris, per consequentiam potest compelli. Inter hos iure quam optimo refero, *prouocationem ex L. diffamari et L. si contendat.*

a) *L. vn. C. vt nemo inuit. ag. vel accuf. cog.*

b) Fini mihi in praesenti proposito foret contrarium; sin reliquos et in iure et in vsu fori fundatos, vellem recensere modos, quibus alter ad agendum adigi potest. *L. 2. §. penult. ad L. Rbod. de iactu.* quae tamen lex vti ex

defectu formulae eiusmodi actioni, Ius Romanum antiquius si spectes, praescriptae exit petendum, ita hodie, iure agendi ex legis permissione pendente, plane exulat. Conf. BERGER in *Elect. Process. prouocator. §. 2. 3. de LEYSER Specim. 81. medit. 12. coll. 1.*




§. V.

Antequam vero *prouocationis a)* ex lege *diffamari b)* naturam indagem, officii mei esse arbitror, definitionem illius in medium proferre. Est mihi itaque haec *prouocatio* nihil aliud, quam *remedium iuris*, quo ille, qui verbis, in alterius *praeiudicium* tendentibus, extra iudicium est vsus, sub *praeiudicio silentii* ei imponendi perpetui, legitime eo redigi debet, vt *probationem* illorum veritatis suscipiat. Is, qui in alterius *praeiudicium* tale quid suscipit, *diffamans*, aut *prouocatus c)* et is, aduersus quem idem suscipitur, *diffamatus* aut *prouocans* dicitur.

a) Verbum *prouocare*, varios significatus habet. Modo enim pro eo actu, quo alter ad certamen serio incundum munitatur, modo pro *remediis deuolutiuis* vti, et pro hoc, quo quis adigitur, vt ius suum ordine debito ad effectum perducatur, sumi, quam notissimum est. Priorem significatum eo lubentius iam missum facimus, quo *graniore* passim huic facto *leges* minantur poenas: *Cbursächsische verbesserte Process-Ordnung in Beylagen n. 2. p. 33. Fernere Beyfügungen zur Sachsen-Gorbaischen*

Laudes-Ordnung p. 231. Des fürstlichen Haußes Sachsen-Erneßtinischer Linie Duell. Mandat de anno 1709. Posteriorem non minus hoc loco curamus, sed tantum vltimo in praesenti inhaeremus.

b) Verbum *diffamare*, duplici potissimum gaudet significatu. Accipitur interdum in partem bonam et idem denotat, ac *clarescere*, *peruulgare*, in vulgus spargere DE LEYSER *Spec. 81. medit. 2. et Spec. 625. medit. 12.* Frequentius, vt et hoc loco, illud vsur-

4   
patur, pro infamare, aut famam differ- *scriptores mediae et infimae latinar. ibid.*
re, siue iniuria, siue ius subit. BAR-
NAE. BRISSONIVS de *verbor. signific.* c) LVDOVICI *Proc. civil. C. V.*
sub hac voce. DV FRESNE in *gloss. ad* §. 16.

§. VI.

Ex definitione (§. V.) allata, sequentia eruere axioma-
ta, haut dubito:

- I. Prouocatio ex lege diffamari est remedium iuris.
- II. Requirit verba, in alterius praeiudicium tendentia,
extra iudicium prolata.
- III. Institui debet legitime.
- IV. Diffamans eius auxilio sub praeiudicio quodam ad
agendum compellitur.

§. VII.

Quum igitur prouocatio ex lege diffamari sit remedium
iuris (§. VI. I.), consequi videtur, quod, aut in legibus ex-
pressa, aut tacita legislatoris voluntate, debitis requisitis suf-
fulta, innitentibus, suo sit munita fundamento. Sunt inde,
ex fonte iuris Romani et quidem ex L. V. C. de *ingen. manu-*
miss. eam petentes *vnice*. Ast fallunt ita. Etenim lex alle-
gata, de casu loquitur plane singulari; nimirum cui-
dam, status ingenuitatis mouebatur a Titio, et cum ille
ageret aduersus hunc ad dicta probanda, eo non comparen-
te, placuit imperatoribus Diocletiano et Maximiano disposi-
tio, qua ei perpetuum imponebatur silentium. Sunt a) e con-
trario etiam, qui nullam prorsus huius legis cum prouoca-
tione hodierna agnoscunt analogiam, sed moribus eam ad-
feribunt; quorum tamen dubiis, pro eo ac opus fuit, satis
perspicue iam est satisfactum. b)

a) BERGER L. Cit. §. 4. s.
SCHAVMBURG in *princip. prax. iudi-*
ciar. lib. 2. Cap. 6. §. 1. GRIENER in *prin-*
cipiis processus Judiciarum L. II. c. 8. §. 1.

b) Consult. REYTER dissert. de
foro competente prouocationum ex L. diff.
et ex L. *si cour.* §. 3. seqq.

§. VIII.



§. VIII.

In eiusmodi Doctorum discrepantia, si vnquam, hic sane, medio ibis tutissimus. Illis igitur assentior, qui hanc prouocationem, ex ipsa lege in medium adducta (§. VII.), continuo fori vsu, vi legis gaudente, a) adprobata, deducunt b). Quum enim ratio huius legis, latius se extendat illius verbis, non aliter fieri potuit, quin interueniente interpretatione quadam extensiuâ, ad omnes casus fuerit applicata, vbi alterius interest, verborum ab altero prolatorum, vt demonstretur veritas. Attamen formam huius prouocationis secundum leges imperii, quoad causas, valde esse restrictam, docebimus infra c). Num vero ea sit actio, aut imploratio potius, aut conditio ex lege, siue moribus, multi multifariam disputant d). Sed vocabulo actionis, generaliori significato sumto, hanc eo insigniri posse, credo. e)

a) L. 37. 38. ff. de LL. RECESS. IMPER. deao. 1570. §. Wienobl auch.

b) GAIL lib. I. observ. 9. num. 2. TEXTOR *disput.* V. ad recess. imper. nouiss. Thef. 7. REYTER *diff. allegat.* loc. cit. BOEHMER *tract. de action.* II. I. §. 16.

c) NEURODES *Erläuterung des jüngsten Reichs - Abschieds VII. Haupt - Abschnitz.*

d) BERGER in *Electis process. prouocar.* §. 8. BOEHMER loc. cit. STRYK *us. mod.* lib. 13. Tit. 2. §. 3.

CARPZOV. P. I. *Const.* 7. *def.* 27. II. 6.

e) TEXTOR. *diff. alleg.* Thef. 10. BARTH. *Hod. forens.* cap. I. §. 15. a.) Schol. In diiudicanda interim quaestione, quis in iudicio prouocatorio sit actor, quis reus, discernendum esse arbitror, iudicium praeparatorium et principale, ita vt ibi prouocans consideretur instar actoris, prouocatus tanquam reus; Hic prouocatus actoris, rei loco prouocans habeatur. REYTER *diff. alleg.* §. 6. seqq. REBER *diff. de causis ex quibus ex actore fit reus* C. 2. §. 4.

§. IX.

Prouocatio ex lege diffamari ex iure diffamato competit (§. VIII.). Fallor itaque aut ex (§. VI. a. II.) constat, iustam eius debere adesse causam; Hanc constituunt verba, in alterius praeiudicium, extra iudicium facta a). Fingas enim causam iam ad iudicem esse delatam; finis certe huius prouocationis



tionis cessabit. Ita ea non locum habet, ob exceptionem spoli, durante lite oppositam. *b)* At enimvero diffamans; de veritate asserti sui aut iudici fidem fecit, aut non; si posterius, istud remedium omnino adhuc valere debet *c)*. Ipsa haec verba, num in multorum hominum confesso, an inter priuatos parietes sint facta, mihi perinde est *d)*.

a) SCHAVMEVRG l. cit. §. 4. LVDOVICI d. l. §. 7. MARTINI *Comment. for. in ord. prov. Saxonici* Tit. I. n. 3. de LYNCKER *Decis.* 1185. *Ref.* 63. CARPZOV in *processu* Tit. XX. *Art.* 2. n. 48.

b) De WERNHER P. 10. *observ.* 344.

c) LVDOVICI lib. cit. de LEYSER *Specim.* 625. *medis.* 11.

d) IDEM *Spec.* 81. *med.* 2.

§. X.

Qui verbis in alterius praeiudicium vitur, illum tenet prouocatio ex L. diffamari (§. IX.). Nihil hinc refert, num ex verbis necessaria consequentia diffamatio sequatur, an sine fundamento agendi fuerint tantum facta *a)*, modo sint eiusmodi qualitatis, vt nisi alterius personam loquantur, ex circumstantiis tamen eam illa attingere, possit colligi *b)*. Interest tunc vero alterius, aut respectu ad personam, aut res sibi competentes, habito; ita quidem, vt alter vel sibi ius in hocce τὸ suo asserat, vel illi, tale quid neget.

a) De LEYSER *Spec.* 81. *med.* 2.

b) IDEM *Spec.* 625. *med.* 11.

§. XI.

Vbicunque alter verbis in τὸ suo alium turbat, ibi contra eum remedium ex Lege diffamari habet locum (§. X.). Hinc illud obtinet in causis, nondum in iudicium delatis, criminalibus et ciuilibus, personalibus et realibus, matrimonialibus et feudalibus etc. *a)*. Attamen generalem hanc regulam, exceptionibus coarctant nimium quantum Doctores. Eximunt enim omnia illa verba, quibus alter aut defensionis solum gratia in alterum est vsus, aut quae eius sunt indolis,

vt

vt illum sibi nullum ius in alterum, resque suas, arrogare voluisse, satis constet *b*). Sunt etiam, qui huc referunt causam obligationis conditionatae vel in diem susceptae, quam diffamans sibi competere est professus *c*). Ast certe nullo sunt in hoc suffulti argumento. Etenim sufficit ex verbis, diffamationem esse perspicuam; Sufficit, alterum sibi his ius in *ro* suum alterius asserere; Hoc vero ipsum, quod dies sibi arrogatae obligationis nondum venerit, in alterius vergit fauorem, cui, quum possit renunciare, ideoque obligationem in diem susceptam efficere puram, satis patet, illi licere, eum, qui eiusmodi verbis est vsus, interueniente nostro remedio, ad agendum adigere *d*). Aequitas etiam hoc ipsum exigit, cui sane hic parendum *e*). Facile enim potest fieri, vt eo tempore, quo obligationem sibi alter perfecte arrogare fuit annisus, media probandi diffamato desint.

a) MARTINI *Comment. forens.* in *proc. Sax.* Tit. 1. n. 2. p. m. 80. *de BEVST II. de sponsalibus* c. 32. GAIL Lib. I. *obs.* 9.

b) LVDOVICI lib. cit. §. 8. RICHTER P. II. *Decis.* 100. n. 108. MARTINI loc. cit. n. 21. III. *ESTOR im Unterricht von Abfassung der Urtheile und Bescheide*, qui tamen in eo a nobis dissentit, quod causas criminales excipiat, sed profecto, quantum cum pace eius, mihi quidem videtur, quoad sa-

tisfactionem priuatam, ex iisdem in hoc processu potest agi.

c) CARPZOV. I. F. P. I. *const.* 7. *def. str.* LVDOVICI loc. cit. §. 6.

d) BERGER *dict.* loc. §. 15. 16. qui simul dubia dissentientium, pro eo ac solet, modo, dilucide refutauit. SCHAVMBVRG loc. cit. §. 4. **

e) L. 12. ff. *qui et a quibus manumitt.* l. 8. C. de *iudic.* l. 138. ff. de *regulis iuris.*

§. XIII.

Pronocatio ex L. diffamari est remedium iuris (§. VIII.). Ius nostrum exercemus secundum leges mediate (§. III.); inde eodem modo etiam haec actio instituenda est legitime (§. III.). Competit autem ea cuicumque diffamato aduersus diffamantem, modo iure agendi per leges non sit priuatus *a*). Ceterum cum diffamatio ad aliquem possit redundare, et immediate



diatē et mediātē; sequitur, ut etiā idē hac actiōe gaudeat *b*). Nullum hinc est dubium, quo minus ea competat heredibus diffamati, modo ita sit comparata diffamatio, ut actio hinc orta principalis, possit per legum concessionem esse transitoria *c*).

a) Ill. ENGAV *Element. Iuris Can. Pontif. eccles.* lib. 3, tit. 4, §. 29. REBER *diff. all. Cap. 2, §. 2, seqq.* LAVTERBACH *diff. de lege si contendar §. 37.*

b) Dissentit MENCEN *Proc. Iuris civ. et electoral. Saxon. disput. 2, §. 24.* Ast distinctione, inter diffamationem praegnantem, nec talem adhibita, tota

controersia evanesceat. SCHAVMBURG *loc. cit. §. 4. *****

c) Dissentit TEXTOR *ad Recept. imper. nouiss. disput. alleg. Thef. II. cuius tamen dubia, quum iam BERGERVS in lib. cit. §. 45. redarguerit, in praesenti hoc labore nos posse superfedere, putamus.*

§. XIII.

Prouocatio ex lege diffamari tendit aduersus diffamantem (§. XII.). Qui tamen talis sit necesse est, ut eiusmodi verbis, alteri praeiudicium inferre, sciens volensque, et velit et possit. Hinc non solum is, qui dolo, sed et qui culpa, ad quam opinio, error, refertur, egit, hac actiōe compulsari potest *a*). Et quum heredes facta defuncti ordinarie praestare debeant, contra hos, quin ex diffamatione ab illo facta, possit agi, nullum est dubium *b*); nisi ea fuerit, quae cum persona diffamantis exspirat. Equidem, secundum principia iuris Rom. ea, quae iam diximus, pro actionum iis cognita qualitate, solum valebant: At nos, ea iuris Canonici, eas vel actiones, quibus non tam id, quod nobis ex patrimonio deest, quam etiam poenam persequimur, in heredes certo modo concedentibus, hoc in capite, non sine ratione sequentes, longe aliter sentimus *c*).

a) SCHAVMBURG *loc. cit. HARPRECHT Comment. in Instit. Iustin. Tit. de iniuriis n. 89.*

b) BERGER *lib. cit. §. 44.*

c) BOEHMER *tract. de Act. S. I. c. 3. §. 9.*

§. XIV.



§. XIV.

Prouocatio ex L. diffam. diffamato competit aduersus diffamantem, eiusque heredes (§. XIII.). Denegant tamen illam Doctores illi, qui aduersus possessorem vel quasi, iuris sibi arrogati, agere vult *a*). Quum enim possessor titulum suae possessionis edere non teneatur *b*), sed potius aduersus quemlibet turbantem, remedia possessoria vrgere possit *c*); Iniquum sane esset, illum favore hocce, per leges illi assignato, desitui. At licet se ita res habeat, in eo tamen casu nullius momenti possessionem esse posse puto, alterum, si contra diffamantem tanquam possessorem, praesumptio iuris militet *d*), alterum, si possessionis non sit capax *e*).

a) BERGER *Elect. Process. prouoc.*

§. 15. MENCKEN *lib. cit.* §. 24. n. 2.

BERGER *Oeconom. iuris lib. 4. Tit. 32.*

§. 1. n. 4.

b) L. 28. C. de rei vind. BOEHMER

in *Compend. ff. lib. 41. Tit. 2. §. 16.*

c) De LEYSER *Spec. 81. med. 7.*

d) De WERNHER P. I. *observ. 339.*

et P. III. *observ. 168. de LEYSER Spec.*

109. *med. 5. STRYCK d. de necessi-*

tate edendi titulum possessionis C. II. n. V.

e) SCHAVMBURG *Compend. Iur. ff.*

Lib. 41. Tit. 2. §. 10. n. 6.

§. XV.

Sunt personae a prouocatione ex L. diffam. liberae (§. XIV.). His et illum annumerant, qui diffamatione, ab alio audita, vtitur *a*). Lubenti id quidem concedo animo, nisi diffamatio sit eiusmodi, quae maxima ex parte in solam vergit diffamati contumeliam. Hic enim ordinario modo valet paroemia: *Webrmann haben bilfft nicht.*

a) BERGER *Oeconom. Iuris loc. cit.* et *Elect. proc. prouoc. §. 17. n. f. MAR-*

TINI loc. cit. n. 7.

§. XVI.

Prouocatio ex lege diffamari est instar actionis (§. VIII.); Actiones certum habent constitutum tempus, a lege praescriptum, intra quod suam exerunt efficaciam, hinc et haec,

B

illo



illo vt gaudeat, est necesse. Quum vero naturam induat actionis personalis, idem illud spatium, quod illi, huic esse praefixum *a*), certa ratione ductus, adfirmandum puto.

a) BERGER *Elect. proc. prouocar.* §. 46.

§. XVII.

In statu civili, ius nostrum exercemus regulariter per iudicem (§. III.); haec actio itaque per eundem est prosequenda. Et quum hic adfit actus contentiosae iurisdictionis, *competentia* eius requiritur. Est vero is iudex competens, cui reus intuitu causae principalis, de qua lis est, subest. Quis pro tali in hoc iudicio sit habendus, de eo inter se non satis conueniunt doctores. Maximus, fateor, eorum est numerus, qui quemuis iudicem, a prouocante sibi electum, hic esse competentem asserunt *a*). Ast quantumuis idem intuitu prouocantis concedam lubenter, idem tamen de prouocato praedicare, haud absque ratione, dubito; nisi tale ab eo committatur factum, iurisdictionis iustam prorogationem satis indicans *b*); aut ipse huic foro, a prouocante sibi electo, subfit *c*). Ab eorum itaque, iudicem prouocantis competentem praedicantium, sto partibus *d*). Licet enim in iudicio prouocatorio, prouocans sit instar actoris (§. VIII. Schol.) attamen hoc iudicium solum est praeparatorium principalis, viam illud reddit expeditiorem, ad hoc instituentum. Quum ergo principalis actio, ex hac prouocatione lucem capiat, iuri sane mihi esse videtur conueniens, eam in foro prouocantis ordinario esse persequendam *e*).

a) BERGER *Oecon. Iur.* Lib. 4. Tit. 32. §. I. n. 4. III. KNORR. *in der Anleitung zum gerichtlichen Process* L. 3. Sect. 5. §. II. BERGER *in Elect. Proc. prouoc.* §. 20. LVDOVICI *Proc. civ.* l. c. §. 3. GRIBNER *cit. loc.* §. 5. *b*) SCHAYMBURG *loc. cit.* §. 8.

****. Prouoco eum in finem ad RECESS. IMP. de anno 1654. §. *Kammer-Richter*, et ORD. CAMERAL. P. II. §. XXV. Equidem contrariam sententiam primo intuitu fouere videtur III. ESTOR *loc. cit.* §. 1160. Sed re rite pensata, ipse Vir summus nobiscum con-



consentit eod. L. I. *Vorrrab* §. 143.

c) De LYNCKER *Comment. in Ius Civ.* Lib. V. §. 1. §. 25.

d) De LEYSER *Spec.* 81. *medit.* 3. REBER *diff. alleg.* C. 5. §. 1. seqq. CARPZOV. P. I. *const.* 7. *def.* 2. Adhi-

pulatur nobis ORD. PROVINC. HENNEBERG. Lib. II. C. 18. p. m. 48. et ORD. PROC. SAX. EMEND. Tit. V. §. 6.

e) SCHAVMBURG *comp. Iuris dig.* Lib. XI. Tit. II. §. 3.

§. XVIII.

Prouocatio ex L. diffam. instituenda est apud iudicem prouocantis competentem (§. XVII.) et quidem legitime (§. VI. a. III.). Hinc sequitur, illum de desiderio prouocantis fieri debere certiozem; quod quidem aut ita fit, vt ipse id illi verbis a factis distinctis proponat, aut interueniente scripto quodam, eum in finem concepto, idem declaret, quod dicitur *libellus a*). Quum vero actio ista sit praeparatoria quaedam (§. XVII.) et ita summarie tractetur *b*); Sufficit, illum comprehendere ius, factum, peticum, legitime formatum. Interim quia fundamentum agendi, prouocans in facta diffamatione ponit, ideoque iudici de illius constare debet veritate, eius demonstratione est opus *c*). Haudquam tamen natura processus finit, vt haec in articulos redigatur *d*); Sed potius copiarum vidimatarum, litterarum familiarium, et unius testis depositionis, iureiurando confirmatae inductione, eam peragi, sat est *e*). Illud vero et secundum theoriam *f*) et praxin *g*) haud sufficit, vt iusiurandum super hac circumstantia deferatur. Ceterum aliud de hac demonstratione erit affirmandum, si legibus prouincialibus de ea quidquam sit cautum, vtpote quibus, vt specialioribus, prorsus erit parendum *b*).

a) Formam huius nobis exhibet LUDOVICI *Proc. Civ.* C. V. §. 10. BARTH. *Hod. for. C. I.* §. 16.

b) SCHAVMBURG in *Princ. prax. Iudiciariae*, C. I. gen. §. 12. * Idem vult ORDINATIO PROCESSVS SAX. GOTHANA P. II. C. I. §. 1.

c) BERGER *Oeconom. Iur.* loc. cit. not. 6. MENCKEN *dict.* loc. §. 25. CARPZOV. P. I. *Const.* 7. *def.* 26. RICHTER *Consil.* Vol. II. *Conf.* 206. not. 6.

d) DEWERNHER P. IV. *observ.* 166. B 2 e) De



e) De LEYSER Spec. 81. medir. 2. GRIBNER Princ. prax. lib. 2. C. 8. §. 6.

f) Dissentit LVDOVICI loc. cit. §. 12. Sed veritas mei asserti inde elucescit, quia demonstratio haec ante conceptam citationem debet esse in continenti liquida. Inramenti vero delatio, nullo modo in Saxonia ciusmo-

di effectum potest producere, vt potius altioris sit indaginis. SCHAVMBVRG Loc. cit. L. I. M. II. §. 10. * III. KNORR dict. loco §. 4. (c.)

g) RIVINVS tit. 1. Enunc. 20.

h) ORD. PROC. ALTENBURG. NOVISS. P. I. C. 2. §. 4. et ORD. PROC. ELECT. SAXON. EMEND. Tit. V. §. 5.

§. XIX.

Prouocatio ex lege diffamari ordine praescripto instituta (§. XVIII.) diffamantem per consequentiam ad agendum compellit (§. VI. a. IV.). Quo autem is de prouocantis asserto instruat, satis patet, illi vt iudex libellum legitime communicet, eumque de comparitione ad praefixum diem faciendam, admoneat, necesse esse. Quod quidem scriptum, cum nomen *citationis* gerat, illa prima vice ordinarie est simplex a), nullum secum ducens praecudicium; Id enim si foret, requirunt practici in Saxonia, vt a die insinuationis computandum, integrum terminum Saxonicum ea contineat b).

a) SCHAVMBVRG loc. cit. L. 2. §. 6. * ORDIN. PROC. SAX. emend. d. l. §. 6.

b) BERGER Elect. proc. prouoc.

§. XX.

Citatio ad prouocatum directa legitime debet concipi (§. XIX.) et insinuari, ideoque pro iurisdictione, cui is directo subest, in *immediatam* et *mediatam* diuiditur. Nil vero refert, quod iudex prouocati mediate citandi priuilegio de non euocando gaudeat, quum id ipsum in hoc processu summario, nullum illi inferat damnum a). Quin potius illo, insinuationem citationis hanc ob causam denegante, *edictalis* adhiberi potest b), si alia ratione diffamantis copia non possit haberi. Ex eadem ratione illum etiam, cui competit forum priuilegiatum, hoc iudicium sub tali praetextu non posse declinare c), affirmare contendo.

a) BER-



- a) BERGER *Elect. proc. prouoc.* §. 21. DE LEYSER *Spec. cit. medit.* 6. MER *instit. I. Can. L. II. Tit. II. §. 8.*
 b) RICHTER *decif.* 100. n. 55. EIDEM SENTENTIAE ILLUSTREM SCABINATVM IENENSEM esse addictum praedictio corroborat III. ESTOR *loc. cit. I. Vertrab §. 128.*
 c) MEVIUS P. III. *decif.* 213. BOEH-

§. XXI.

Citatione rite concepta et prouocato insinuata (§. XX.) ille per consequentiam ad agendum adigitur (§. VI. a. IV.). Hinc in termino, quem citatio docet, aut prouocans et prouocatus emanent, aut non; si prius terminus circumducitur, ideoque noua opus est citatione: Si posterius, aut prouocans emanet, aut prouocatus, sin illud, hic eius accusat contumaciam, petitque, vt ab instantia absoluat, in expensas alter condemnatur, et cautio de lite prosequenda ei praefertur. Sin emissa noua citatione secunda vice idem ille emanat, prouocatus sub poena desertae litis, vt is citetur, petere potest a). Quo facto, pro qualitate actus sententia dicitur. Sin vero prouocatus se non sistat, citatio fuit vel comminatoria, vel simplex (§. XIX.). Si prius, prouocans accusata legitime prouocati contumacia, sententiam, pro perpetuo silentio, ei imponendo, vrgere potest: Si posterius, illius contumaciam eodem modo persequitur prouocans, annexo petito, vt illi sub praeiudicio comparitio iniungatur; tunc quidem sententia, si in contumacia praefracte persistat, secundum petitum, legibus adprobatur, decernitur b). Interdum etiam poena quaedam arbitraria contumacem tenet c).

- a) BERGER *loc. cit.* §. 29. vili pendi restatur SCHAVMBURG *loc. alleg.* §. 6. *** cum BERGERO *cit. loc.*
 b) Dissentit STRYK in *inrod. ad Prax. forens. C. V. §. 6.* LVDOVICI §. 30. idem disponit ORD. PROCESS. SAX. NOVISS. Tit. V. §. 6.
 c) GAIL. L. I. *obsf.* 12. n. 6. MARTINI *cit. loc. n. 23.* vti Iure Lubecensi est dispositum L. I. Tit. 4. art. 3. ibique, MEVIUS n. 20. *segg.*



§. XXII.

Prouocatus citationem legitime conceptam eique insinuatam aut negligit (§. XXI.), aut non. Comparens igitur prouocatus, vel ad actionem legitime respondet, vel non, tantum exceptiones dilatorias, in hoc iudicio profus exulantes *a)*, opponens; quo quidem in casu, eius contumacia potest coerceri *b)*. Sin vero respondet, aut diffamationem fateatur, aut eam negat: Prius si foret, vel allegat exceptiones eum ab actione instituta liberantes (XIII. XIX.), vel non; priori in casu pro earum qualitate, aut absoluitur, aut earum probatio, sub poena perpetui silentii, illi imponitur *c)*, nisi eum et iuris praesumptio et exceptio, intentioni prouocantis cohaerens, ab ea liberum reddat *d)*. Si autem eiusmodi exceptiones in promptu non habeat, pro eo, quo aut actionem principalem statim exhibet, aut diffamationis probationem offert, prioris persecutio illi imponitur, vel posterior ad certum spatium adstringitur *e)*. Sin nihil tale possit pro se in medium proferre prouocatus, silentium ei perpetuum, eum eiusque heredes (§. XV.) concernens, haud vero tertium, dicitur *f)*. Contraria e parte prouocato diffamationem negante, prouocantis est, eius demonstrationem secundum huius naturam suscipere *g)*. Quod reliquum est, pro peracta demonstratione, et redemonstratione, aut intuitu prouocantis, aut prouocati, sententia a iudice componitur *h)*.

a) BERGER *lib. cit. §. 25.* Cessat itaque visitata illa in Saxonia *quarandae* praestatio ante litis contestationem, fatente GRIBNERO *L. cit. §. 6.* MARTINI *Lib. cit. Tit. 12. n. 19.*

b) A LEYSER *Spec. cit. med. §. SCHAVMBURG Comp. Iur. digest. Lib. II. Tit. II. §. 2.*

c) LVDOVICI *Proc. civ. dist. loco §. 17. ORD. PROC. ALTENB. Nouiss. l. c.*

d) III. KNORR *cit. loc. §. 13.*

e) Variat determinatio huius spatii extra Saxoniam. In Saxonia mox duplicatum, mox vnicum Saxonieum spatium praefigitur. CARPZOV in *Proc. Tit. 20. Art. 1. n. 23.* Posterius agnitionum est, per ORD. PROCESS. ALTENBURG. NOVISS. P. I. C. II. §. 4. et ORD. PROC. SAX. EMENDAT. loc. cit.

f) KRAYSE *tract. Synops. Pr. lib. II. C. 4.*



C. 4. Sect. I. §. 9. MENCKEN cit. lib. C. 8. §. vlt.
 §. 30. de LEYSER *Spec. dicto*, med. 8. b) LVDOVICI cit. loc. §. 23. *seqq.*
 g) GRIBNER *princ. process.* lib. 2. Ill. ESTOR lib. cit. §. 1164.

§. XXIII.

Ex eo, quod prouocatus in principali actione sit instar actoris (§. VI. Schol.), necessaria consecutione elicitur, illum prouocanti nunc reo (§. alleg.) facto petito, omne id praestare debere, quod alias actori cuius praestandum incumbit a). Ipsam vero actionem principalem, num in foro prouocatorio velit instituire prouocatus, an non, eo in casu liberi eius in regula est arbitrii b), si prouocans adhuc alii iudici competenti sublit, resque tempestiue peragatur, alias enim haec electio prouocato adimitur.

a) LVDOVICI cit. loc. §. 23. CARP-
 ZOV P. I. *Const.* §. def. 28.

b) SCHAUMBURG dict. loc. §. 9. **
 Ita assumo Ill. ESTOR, loc. cit. §.
 1165, I.

§. XXIV.

Quaecunque haecenus (§. VII. *seqq.*) de prouocatione ex lege diffamari, et pro ordine ipsius materiae, et finis nobis in praesenti ante oculos positi, ratione, attulimus in medium, ita sunt comparata, vt fori vsu continuo confirmentur satis; Attamen aliam longe per leges in imperio nostro promulgatas, haec actio, respectu ad causas habito, induit formam a). Produxit sane hanc mutationem nimius potissimum huius remedii abusus, quae quidem varia post tempora eo peruenit ope ORDINAT CAMERAL. P. II. XXV. confirmatam per RECESSVM IMPER. NOVISS. §. 83: vt in haec redigeretur capita. Adsit nimirum 1) causa paci publicae contraria, aut in alterius contumeliam vergens: ita enim huius legis verba se habent: *In Land Friedens-Bruch, Schmach, und andern dergleichen Sachen.* 2) Diffamatus Camerae imperii immediate sublit, 3) facta diffamatio rite demonstratur. Quae quum ita sint, nostrarum etiam esse videtur partium, dispo-



dispositioni huius legis, causas istius remedii ita determinantis, insistere; At enim vero, cum imperii statibus valori eiusmodi legum in causis, imperii structuram non tangentibus, derogare sit maxima ex parte liberum *b*), status etiam, in quo iam sumus, restrictionem hanc, ne quis indefensus maneat, nullo admittat modo; Inde sane est factum, ut in terris nostris per continuam fori consuetudinem, valorem legis agnoscentem, forma actionis, supra a nobis explicatae, firma usque huc manserit atque stabilis.

a) Supra laudatus NEYRODES loc. cit. TEXTOR cit. disp.

b) THOMASIVS dissert. de statu imper. potest. legistar. contr. ius commu.

§. XXV.

In statu civili existunt casus, ubi aliquis mediate potest cogi ad iuris sui exercitium (§. IV.). Inter hos quum referatur *prouocatio ex lege si contendat* (§. eod.), huius naturam iam indagare, apud animum habeo constitutum. Priusquam autem illius suscipiam pertractationem, officii mei exigit ratio, definitionem huius ut praemittam. Est mihi itaque illa *prouocatio*: Remedium iuris, illi, qui cuidam est obligatus, concessum, huncce, ad exercitium iuris sibi competentis, aut in illius praedudicium differentis, cogendi sub timore exceptionis perpetuae declarandae, ordine legibus agnito.

§. XXVI.

Ex definitione (§. XXV.) data, sequentia, quin eliciam axiomata, me temperare nequeo:

- I. *Prouocatio ex lege si contendat* est remedium iuris.
- II. Ut ea locum habeat, adsit necesse est damnum ex dilatione exercitii iuris enascens obligato.
- III. Is, qui gaudet iure passio, ad agendum huius ope per consequentiam legitime compellitur.

§. XXVII.



§. XXVII.

Ex eo, quod prouocatio ex lege si contendat sit iuris remedium (§. XXVI. a. I.), consequi mihi videtur, quod in lege quadam esse debeat fundata. Fundamenti loco adducunt Doctores *L. 28. ff. de fideiussor. a*). Ast, sicuti haecce lex de casu, quo actio iam est instituta, prout eius verba indicant, est intelligenda *b*); Ita cum vsu huius remedii recepto, plane non conuenit. Sunt hinc, qui plures alias allegant leges, ex quibus fundamentum deducere annuntur *c*). Sed frustraneo hi laborant ausu *d*). Ad me itaque quod attinet, totus in eorum sum sententia, illud remedium ex eodem petentes fonte, antea (§. VIII.) a me proposito *e*), hocque eo magis, quum id aequitas requirat, ne homines, qui semel in vnam personam suas voluntates transtulerunt, hocce destituti, simul priuentur mediis, ad vtilitatem promouendam necessariis. Protulit vero huiusmodi doctorum dissensus diuersam huius prouocationis denominationem; quum alii eam instar beneficii legis *f*), alii implorationis loco, habeant *g*). In eorum vergimus opinionem, qui vocabulum actionis, pro hodierno eius vsu vsurpantes *h*), ita illam considerant, idemque de personis litigantibus ferunt iudicium, iam a nobis (§. VIII. Schol.) in medium prolatum.

a) Pro editione corporis iuris varia, variat etiam locus huius legis, quum in alia sit *lex 29. ff. eod. Tir. LAVTERBACH* *diff. de lege si contend. §. 7.*

b) BERGER *electa proc. prouoc. §. 47.* MENCKEN *loc. citat. §. 17.*

c) Huc spectat *L. 3. C. qui bonis ced. possunt L. 28. pr. et §. 8. ff. de liberat. legat. Cap. fin. X. de fideiuss. etc.*

d) LAVTERBACH *dict. diff. §. 14. seqq.*

e) IDEM *eod. loc. §. 15. n. 8. BERGER* *loc. alleg. STRYCK* *in introduct. ad prax. for. C. V. §. 2.*

f) HERING *de fideiussor. C. 25. n. 133.*

g) MEVIUS *P. I. decis. 147.*

h) CARPZOV *tract. de Process. Tit. 20. Artic. 4. RICHTER* *decis. 100. n. 114.*

§. XXVIII.

Actio ex lege si contendat requirit dilationem exercitii iuris,



iuris, alteri competentis (§. XXVI. a. II.): Vt itaque haec cum effectu queat proponi, prouocatus iure quodam, vt in alterum gaudeat perfecto, est necesse *a*). Vnde vero illud deducatur, mihi pro remedii huius forma, idem est *b*); modo sit huiusmodi indolis, vt, quo minus iam ad effectum perducatur, impedimentum obstat nullum. Contraria e parte, quotiescunque actionem in obligatum vt dirigeret, in eo fuit *c*), aut tota actio vi sua est destituta, aut obligatio certum in diem, vel conditionem determinatam, est concepta *d*); toties etiam ordinarie et plene, et secundum quid, cessat actionis finis.

a) SCHAVMBVRG, *princip. prax.* VII. def. 30. Dissentit tamen cum BERGERO L. all. §. 51. SCHAVMBVRG d. I. Cum autem casus, ibi a BERGERO adductus, licet sit speciosus, de conditione, cuius existentia ab obligati potestate dependet, loquatur, hinc ideo, a sententia hac me detineri, non sum passus.

b) LAVTERRACH c. *diff.* §. 61. LVDOVICI *Pr. Ciu.* c. VI. §. 3.

c) LAVTERRACH c. d. §. 19.

d) STRYCK *Introuduct. ad Prax.* for. C. V. §. 9. CARPZOV P. I. C.

sum passus.

§. XXIX.

Dilatio iuris exercitii obligato damnosa, producit eius intuitu prouocationem ex *L. si Contendat* (§. XXVIII.). Cum itaque hic obligatus agat (§. XXVII.), sequitur, vt talis sit, qui per legis dispositionem ius suum persequi et vult et potest *a*). Parum interim refert, damnum huic inflat siue praesens, siue futurum probabiliter certum; ita quidem, vt exinde aut periculum praescriptionis, aut mediorum probandi difficultas, aut aliud quoddam ei immineat incommodum *b*).

a) LAVTERRACH c. *diff.* §. 32.

b) BERGER *Electa Proc. Prou.* §. 50.

§. XXX.

Prouocatio ex *L. si contendat* est remedium iuris (§. XXVII.). Ius nostrum persequimur potissimum tam per actionis separatae, quam exceptionis *a*) modum, agenti oppositae,

positae; inde vel eodem modo illa potest adhiberi *b*). Mihi verò secundum naturam remedii exponendi, de hoc solum, quo per viam exceptionis ius ad iudicem perfertur, est sermo. Cum igitur *exceptio c*) hic nihil aliud denotet, quam ius actoris intentioni cum effectu oppositum, sequitur, quod semper ea ita debeat esse comparata, ut actioni propositae, pro illius qualitate, qua in iudicium deducitur, respondere possit *d*). Hinc ea neutiquam locum habet, quae differt solum litem; ius non tollit *e*). Ex hisce quilibet perspiciet, solas exceptiones peremptorias, quaeque harum naturam assumunt, et illae, quae, ut dicunt, merita causae attingunt, valorem suum hoc in iudicio exferere posse *f*). Ceterum, cum vnusquisque iuri suo possit renuntiare, haec actio etiam institui non poterit, si exceptioni, litem finiendae, debito modo fuerit renuntiatum *g*).

a) BÖHMER *Tr. de Actionibus* S. LAVTERBACH *d. diff. §. 36. 43. 599.*
L. C. I. §. 6.

b) BARTH *Hodeg. for. C. I. §. 16.* d) MENGREN *c. l. §. 18. SHIL-*

c) Vocabulum *Exceptio* sumitur non Pr. Ciu. §. 6. BERGER *l. all. §. 52.*

solum in sensu generali, sed etiam e) STRYCK *Inrod. ad Pr. for. C. V.*

speciali. SCHAVMBVRG, *Comp. Iur. §. 7.*

Dig. L. XLIV. T. I. §. I. Prior significat, sub quo etiam continetur re-

plica actoris; huc non pertinet, sed f) SCHAVMBVRG *L. c. §. 9. ****

tantum posterior a nobis definitus. LVDOVICI *l. all. §. 5.*

g) SCHAVMBVRG *In Dig. L. XII.*

T. II. §. 9.

§. XXXI.

Prouocatio ex L. si contendat competit obligato aduersus eum, qui in eius praeiudicium iuris pactitū exercitium differt (§. XXVI. a. III.). Excipiunt tamen vulgo illum, quem aut ob possessionem qualificatam *a*), aut iuris praesumptionem, ab onere agendi liberum declarant leges. Pertinet huc is etiam, qui omni comparitione coram iudice suscipienda est priuatus *b*). Interim haec actio ex obligatione fluit (§. XXV.), indeque tam intuitu durationis, quam effectus, personalis actionis imitatur naturam (§. XVI.).



a) LAVTERBACH c. *diff.* §. 36. sententiae propositae parum obest, cum
 KRAYSSÉ in *Element. pract.* pag. 311. alia ratio sit *possessiois iuris*, de qua no-
 §. 10. de LEYSER sp. LXXI. Corr. 2. bis sermo, alia *facti*.
 cuius tamen facta exceptio, nostrae b) *Ora. Cameral.* P. II. Tit. 9. §. 2.

§. XXXII.

Ex eo, quod ope huius remedii alter ad agendum sub
 praeiudicio legitime perducatur (§. XXVI. a. III.), illud proue-
 nire mihi videtur, quod illud apud iudicem *competentem*
 debeat proponi (§. III. et XVII.). Requiritur in hoc, compe-
 tentia tam causae pertractandae, quam personae rei intuitu.
 Actorem enim huius forum sequi, regula est Praëtorum
 perquam nota. Nunc vero processus prouocatorius viam tan-
 tum pandit ad principalem a), in hoc prouocans est reus,
 prouocatus actor (§. XXVII.), hinc iudicem prouocantis
 competentem esse adeundum, cuique patebit facillime b).
 En veram atque fundatam rationem, cur ne quidem sub prae-
 textu fori priuilegiati, aut beneficii de non euocando, hoc
 iudicium declinare possit prouocatus c). Nec quantum mihi
 quidem ex variis eruditorum scriptis est cognitum, de iis,
 quae iam iam dixi, discrepantes multum vidi Doctores, ma-
 gis hos dictis calculum adiicere, dilucide perspicies.

a) LAVTERBACH c. *diff.* §. 68. ORD. PR. SAX. EL. EMEND. T. V.
 b) SCHWENDENDORFER *ad Fibig.* §. 6.
 p. m. 1592. LAVTERBACH c. d. §. 62.
 Idem disponit ORD. PR. ALTEN- c) MENCKEN *Pr. Elect. Sax. et*
 BVKG. *nouiss.* P. I. C. II. §. 4. et *Civ. Disp.* II. §. 19.

§. XXXIII.

Prouocatio ex L. si contendat est instituenda apud iudi-
 cem prouocantis competentem (§. XXXII.) legitime. Cum
 autem is in causis ciuilibus officium suum factis de deside-
 rio nostro instructus porrigat, est profecto eius, qui hanc
 prouocationem persequi animo intendit, vt aut verbis co-
 ram iudice prolatis, aut scripto quodam, hoc sine compo-
 sito,



sito, illi intentionem suam declaret; quod quidem scriptum *Libellus* adpellatur, ea tamen naturalia, a legibus in ordinario processu, illius formae praescripta, ob huius actionis naturam (§. XXXII.), non requirit, sed satis est, eum ius, factum, petatum, actionis principalis indoli respondens, comprehendere sufficienter *a*). Nec est, cur aliqualis demonstratio huic accedat *b*), cum prouocans ius prouocato tribuat, quod exceptione solum legitima elidere cupit.

a) Huius formam nobis exhibet LVDOVICI Pr. Civil. l. c. §. 8. Recte interim ita *petatum* formabis: *Das Prouocanten seine Schutz-Reden wider Prouocanten Ansprüchen bey Kräften bleiben möchten.* Hac forma non obseruata vult tamen ORD. PROC. SAX. ELECT. RECOGN. Tit. f. §. 5. et ORD.

PROC. ALTENB. NOVISS. P. IC. II. §. 4. libellum non simpliciter esse recipiendum, sed iudici incumbere, in sententia dicenda iuxta illam pronuciare.

b) CARPZOV. P. I. C. VII. Def. 29. SCHAVMBVRG L. c. §. 10.*

§. XXXIV.

Libello ad iudicem perlato, partes eius sunt, vt facta huius communicatione, vel tota, vel per relationem, prouocatum ad certum diem ad se vocet. Hinc citatio pro illius conditione aut *mediata* est, aut *immediata*, et quidem prima vice ordinarie simplex *a*). Ad eam ordine praescripto conceptam et insinuatam prouocatus aut comparet, aut non. Sin hoc, prouocans eius contumaciam formaliter adculat, simulque, pro qualitate exceptionis propositae, sub praeciudicio vt illi comparitio imponatur, petit; illo in contumacia persistente, sententia secundum factum praeciudicium, in fauorem prouocantis, fertur *b*).

a) SCHAVMBVRG L. C.

ORD. PR. SAX. EL. EMEND. T. V.

b) LVDOVICI L. C. §. 18. et §. 7.

§. XXXV.

Prouocatus citationi legitime ad eum exaratae, aut morem gerit, aut non (§. XXXIV.). Sin illud, exceptionem vel



vel fatetur, vel negat; ubi hoc, illius demonstrationem prouocans suscipiat est necesse a); nisi sit eiusmodi, quae prouocati intentioni tacite est innexa, aut praesumptione iuris munita indeque prouocantem ab ea liberat b). Quam quidem demonstrationem si is felici fidere perfecit, pro qualitate actionis principalis, sententia in eius fauorem componitur c).

a) Dissentit CARPZOV P. III. Resp. 64. At cum is, qui aliquid contra alium in facto consistens in iudicio profert, illius probationem ordinario modo suscipere teneatur L. 19. ff. de probat. L. 1. ff. de Except. hoc vero ipsum, de prouocante valeat, quanto illius argumenta gaudeant valore, in conspectu videamus. LAUTERBACH c. dist. §. 77. seqq.
b) MENCKEN L. all. §. 20.
c) LUDOVICI Pr. Ciuil. l. all. §. 14.

§. XXXVI.

Prouocatus se coram iudice sistens, exceptionem prouocantis aut fatetur, aut negat (§. XXXV.). Si prius, aut actionem principalem proponit, aut non; ubi hoc, nulla actionis demonstratione indiget a); cum his tantum in exceptione lateat; potius prouocans factam prouocationem repetit; pro forma iudicii, de illius validitate, disceptaturi inuicem. Quibus peractis, sententia, vt leges et factum propositum postulat, lata, litem dirimit. Vbi autem actionem principalem adgreditur prouocatus, processus finitur praepparatorius, et res ordine in iudicio recepto, pertractatur, gaudetque is facultate, alium prouocantis eligendi iudicem competentem c). Quod reliquum est, cuique probe erit perspectum, hic ea omnia locum habere iuris remedia, per sententiam laeso, alias concessa.

a) LUDOVICI L. c. all.

b) MENCKEN L. c. §. 21.

c) Valet hoc tam diu, quam diu fori electio ad prouocantis fauorem non spectat. SCHAYMEYER L. all. §. 9. x.

§. XXXVII.

Posses in praesenti adhuc longus esse, in alleganda conueni-



uenientia et disconuenientia prouocationis ex Lege diffamari et ex Lege si contendat hucusque a me explicatae. Sed cum alii doctissimi Viri, a) hoc iam sibi sumferint laboris, me illo posse supersedere puto. Non tamen possum non, quin nobiliora huc pertinentia capita, breuibus attingam. Conueniunt itaque hae duae prouocationes inter se 1) quod vtraque in iure sit fundata (§. VIII. et XXVII.), 2) vtraque iudicem prouocantis competentem requirat (§. XVII. XXXII.) 3) vtraque processu summario tractetur (§. XVIII. XXXIV.), 4) vtraque alterum per consequentiam cogat, ad iuris sui exercitium (§. VI. a IV. et XIV. a III.). E contrario multum iniucem in eo differunt: 1) quod prouocatio ex L. Diff. pro fundamento habeat verba, ab altero in alterius praeiudicium extra iudicium prolata (§. VI. a II.): Ea vero ex L. si contendat concedat alteri ius, exceptione solum infirmandum (§. XXVI. a II.). 2) Illa necessario desideret demonstrationem factae diffamationis (§. XVIII.); haec per se subsistat (§. XXXIII.). 3) Illa alterum sub praeiudicio ad agendum (§. XXI. sq.); haec primario ad replicam exceptionis cogat, eius actioni oppositae (§. XXXIV. sqq.).

a) LAVTERBACH in d. de L. si Contendat. Annotationibus ad STRVVIJ Iurispr. Rom. §. LIX. LX. SCHAVMBURG in praestantiss. Germ. for. L. IV. T. III. Aphor. IV.

§. XXXVIII.

Prouocatio ex L. diffamari et ea ex L. si Contendat tam inter se quodammodo conueniunt, quam multis modis discrepant (§. XXXVII). Interim ex his patet quam dilucidissime, quanto in errore versentur illi, qui vtramque actionem vna eademque processus forma absolui posse, opinionis argumento sibi fingunt a). Produxit sane haec peruersa opinio, experientia satis fundatam, multis, qui iura pertractant, propriam, praeposteram plane sententiam; quod *duo iam dicta remedia, cumulatue concurrant*. Quid enim, perspecta horum forma potest esse absurdus? Nullo quippe modo potest tolerari



lerari cumulatio actionum, ad diuersum finem tendentium, diuerso procedendi ordine gaudentium, quae omnia tamen hic adesse, ex modo dictis constat (§. XXXVII). Equidem haud ignoro, hac opinione mihi tam aduersa, imbutos fuisse viros *b*), quorum nomina ob merita in Iurisprudentiam nostram, nulla unquam delebit obliuio, et quorum valorem, vt vlla imminuere velim ratione, plane sum indignus. At enim vero cum errare sit humanum, meaeque sententiae, tam ipsa horum remedium natura, quam Virorum, aequae in iuris legumque pericia illustrium, adfuit auctoritas *c*), quo minus istae fuerim addictus, animo dubitavi haudquaquam.

a) CARPZOV *Process.* Tit. XX. art. 4.

b) RICHTER *dec.* 100. n. 115. COVARRAV. *Variar. Resol.* L. I. C. XIII. *Perill. de cocceii Ius controuersum* L. V. T. I. C. IV. n. 7. et *diff. de action. ad agendum iniur.*

c) BERGER *L. all.* §. 48. *segg.* SCHWENDENDORFER *ad Fibig* p. m. 1568. Habeo etiam adficientem ORD. PROC. EL. SAXON. EMEND. T. V. §. V. et ORD. PROC. ALTENBURG. NOVIS. P. I. C. II. §. 4.

§. XXXIX.

Sed progredior nunc ad illud, cuius causa haec omnia haectenus in medium protuli. Magnam, multisque difficultatibus inuolutam, inter Iuris Consultos esse controuersiam: Num actio Iniuriarum hodierno die, aequali gaudeat iure cum prouocatione ex *L. Diffam.* et ex *L. si Contend.* atque adeo, una cum altera cumulari possit? cuique forsitan, leges ad facta obuenientia adplicaturo, cognitum erit ac perspectum. Si unquam, hic profecto, vacillantes videbis multos iuris cultores, certi quid nullo modo definientes. Hinc, si auctoritate magis, quam argumentis, ex qualitate ipsius materiae desumptis, mihi esset pugnandum, iam aliquid determinare, minime auisim. Sed, cum cuique, de causa quadam controuersa dicere liceat, quid sentiat, nec me, qui cogitationes quasdam de hac statim propositurus sum, audaciae cuiusdam quendam adculaturum fore, confido. Cuiusuis ceteroquin voluntati est



est relictum, num argumentis his probe solideque exploratis, illa tanquam nullius momenti reiicere, aut lectione aliqua digna iudicare malit.

§. XL.

Mihi autem in diiudicanda hac controuersia ante omnia separanda videtur, *Prouocatio ex L. si contend. ab hac ex L. Diffam.* Diuersa enim habent obiecta haec duo iuris remedia. Absona igitur habenda eorum opinio, nulloque iuris fundamento nitens, qui adhuc de hac dubitant veritate. Etenim actio iniuriarum alteri nullum ius attribuit, sed potius vindicat iniurias, ab alio illatas, quarum nomine omnia facta veniunt, ab altero in alterius contumeliam suscepta *a*). Nullam ergo haec habet conuenientiam cum remedio iuris ex *L. si Contend.* quae ius concedit illi, contra quem instituitur, a quo tamen per exceptionem oppositam, se tutum reddere obligatus enititur (§. XXVIII.). Hinc sane operae pretium mihi haud videtur, vt longius contemplationi intuitu conuenientiae harum actionum immerer. Absit potius eiusmodi disputatio, contra saniora principia, nullo plane adpersa veritatis figmento, pugnans.

a) Ill. ENGAV. *Element. Iuris Crim.* I I. T. XXII.

§. XLI.

Actio Iniuriarum cum prouocatione ex *L. si Contend.* plane non conuenit (§. XL.). Sed quod attinet prouocationem ex *L. Diffamari*, magis enodationem quandam meretur illa quaestio (§. XXXIX.). Verum dolendum est, illos, qui de hac nobili materia memoriae aliquid mandarunt, nihil satis determinatum reliquisse. Maxima pars eorum est, qui actionem iniuriarum praeferunt prouocationi ex *L. diffamari a*), rationem inde petentes, quia illa sit remedium ordinarium, haec extraordinarium. Hi vero fortasse non sufficienter perpendunt, eiusmodi remedia saepius illis esse

D

effica-



efficaciora. Habet enim istud remedium extraordinarium sua commoda, prae ordinario, suo loco a nobis alleganda. Interim nec desunt, perbreuem atque adhuc valde dubiam de hac re proponentes sententiam *b*).

a) BERGER *El. Process. Prouoc.* *b*) LVDOVICI *Proc. Ciu. c. d. §. §. 12. CARPZOV. Lib. II. Resp. 57. 28. SCHAVMBVRO L. c. §. IV. MEVIYS P. I. Decif. 144. ******

§. XLII.

Ad me quidem quod attinet, quasuis haec Doctorum controuersas, sententias optime posse conciliari arbitror, adhibita distinctione, ex ipsa actionum natura desumpta. Plures enim actiones interdum concurrere, neminem fugit. Hicce concursus dicitur, *cumulatio actionum a*). Et prout aut personas aut causas attingit, illa diuiditur in *subiectiuam* et *obiectiuam*. Illam iam non curo. Hanc solum attendens, quae iterum est triplex, vel *cumulatiua*, vel *succeffiua*, vel *electiua*; Ista est, quando plures actiones in vno libello coeueruantur; Illa se exserit, vbi plures actiones competunt quidem, quarum tamen vna post alteram est instituenda; Hanc deprehendo tum, cum leges ob vnum factum, plura remedia ita concedunt, vt quodnam arripere malim, meo sit relictum arbitrio.

a) BÖHMER *Tr. de Actionibus* S. III. L. I. S. I. M. I. §. 10. SCHAVMBVRO *Princ. Prax. Iud.*

§. XLIII.

Cumulatio actionum obiectiua est, aut cumulatua, aut successeffiua, aut electiua (§. XLII.). *Cumulatiua* vt subsistat, adfint necesse est, eiusmodi actiones in eadem processus forma facile pertractandae. Nunc vero actio iniuriarum est remedium ordinarium (§. XLI.), prouocatio vero ex Lege Diffamari extraordinarium (§. eod.), ideoque illa instituitur apud iudicem iniuriantis, haec apud prouocantis competentem,



tem (§. XVII.), illa tendit ad poenam iniurianti infligendam (§. XL.), haec ad probationem diffamationis sibi arrogatam (§. VI.). Hinc quilibet perspiciet, hancce cumulationem in his duabus actionibus prorsus exulare. Nec desunt, qui eandem mecum fouent sententiam *a*).

a) CARPZOV I. F. P. IV. C. NICOLAI in *proc. P. I. C.* 2. n. 3. XLI. Def. XV. BERGER L. c. §. XIII. BRUNNEMANN ad *L. diff.* n. 3. MARTINI ad *Ord. Pr. Sax. Tit. I.* III. *scabinatum et facultatem Ienensium* §. 5. n. 23. *segg.* MEVIUS ad *Ius Lub.* ita pronunciasse testis est PHILIPPI T. IV. §. 5. RICHTER *Vol. II. Consil.* ad *Process. Sax. Tit. I. Conf.* 9. 206. n. 5. FINCKELTHAYS *Obs.* 55. n. 10.

§. XLIV.

Actio iniuriarum et prouocatio ex Lege Diffamari cumulatue nequit proponi (§. XLIII.). Cum vero *successiua* etiam detur actionum cumulatio (§. XLII.), quid de hac illarum intuitu sit sentiendum, videamus. Nec ego quidem iam ab iis discedo, qui eam in his duobus remediis concedunt *a*). Id enim est certissimum, vnam actionem alteram non destruere. Proinde facile contingere potest, vt actione iniuriarum conuentus, ob nouas, quas diuulgat, diffamationes, prouocatione ex Lege Diffamari satis apte et vtiliter possit ad ius sibi sumtum probandum, adigi. Eadem ratio est prouocationis ex Lege Diffamari, quae vt vt mota fuit, nihilo secius iniuriarum actionem tollit minime. Illis vero, qui hanc cumulationem in vno libello cum effectu fieri posse credunt, non indistincte, sed tunc demum assentior, cum iudicis in processu prouocatorio competentis iurisdictio, sese etiam in prouocatum extendat *b*).

a) BERGER *Electa Proc. Prou.* 123. Dissentire videtur CARPZOV. *pract. Crim. P. II. Q. 97. n. 67.* Ast re vera consentit, est intelligendus quippe de cumulatione actionum cumulatua. (§. XLV.).

b) ID. C. I. Ita assumo de WERNER P. V. *Obs.* 12. BARTH. *dissens.*

D 2

§. XLV.



§. XLV.

Concurrunt plures actiones et cumulatiue, et successiue, et electiue (§. XLII.). Reliquum itaque est, vt qualem sententiam de *electiua* cumulatione actionis ex Lege Diffamari foueam, indicem. Nec sane infitias ire queo, magnam in decidenda hac quaestione esse adhibendam circumspectionem. Inde, vt eo distinctius procedam, discrimen quodam inter iniurias pono. Etenim is, qui aliquid in alterius contumeliam suscipit, illud aut verbis solum peragit, aut factis ab illis distinctis, illud sinit *iniuriam verbalem*; hoc *realem*. Cum vero in praesenti de diffamatione mihi sit sermo; factis patet, hanc iniuriae speciem, in considerationem hic nullo modo venire posse. Superest itaque *verbalis iniuria*, quae vel ita se habet, vt in solam tendat alterius contumeliam, vel maioris sit efficaciae. Priori casu, exulat prouocatio ex Lege Diffamari (§. XI.), ideoque actionem iniuriarum tantum illa sibi iure meritoque vindicat.

§. XLVI.

Iniuria verbalis, aut in solam tendit alterius contumeliam (§. XLV.), aut simul cum praeiudicio in statum eius, siue res illi proprias, tendente, est coniuncta. Vbi hoc; iterum mihi distinguendum videtur, num de falsitate illius dicti laesus sit certissimus, an non; Sin illud, nulla ratione illi electionem denegare ausim, an actionem iniuriarum, aut potius prouocationem ex Lege Diffamari instituire *malit a*). Semper tamen meliori via illum incessurum existimo, si actione iniuriarum vtatur. Quid enim illi prodest, vt laedentem ad probanda dicta adigerè velit; cum expertum habeat, nullo, aut saltem plane lubrico, illa niti fundamento. Interim, cum laeso eiusmodi competat electio, finis certe in persequendo iure sibi praefixus, genus actionis instituentiae, mutabit.

*) LVDOVICI *Proceff. Ciu. l. c. §. XXIV.*

§. XLVII.



§. XLVII.

Iniuriae verbales in alterius praeiudicium factae, aut certis rationibus persuasus pro falsis agnoscit laesus, aut non (§. XLVI.). Si hoc, aequali quidem iure illi actio iniuriarum, et prouocatio ex Lege Diffamari est concessa. Ast ego nihilominus, nisi eius intentio proposita sit diuersa, magis hoc in casu, pro eligendo remedio posteriori contenderem. Multae sunt causae, quae me, vt ita credam, impellunt. Etenim de laesi commodo sic agitur quoad tempus futurum, dum semel in hocce iudicio adepta victoria, aduersus alterius diffamationem exceptione rei iudicatae, se defendere optime potest (§. XXII.). Nec deest utilitas huius actionis, quoad tempus praesens. Neminem quippe latet, actionem iniuriarum, per oppositionem exceptionis veritatis iniuriae *a*), pro circumstantiis, et plene et secundum quid infirmari, quod tamen per consequentiam ope prouocationis ex Lege Diffamari cessat *b*).

a) Ill. ENGAV Elem. Iuris Criminal. L. I. T. XXII. §. 279.

b) BÖHMER Compend. Iuris Dig. L. XLVII. T. X §. 38.

§. XLVIII.

Prouocatio ex Lege Diffamari sua commoda producit prae actione Iniuriarum (§. XLVII.). Inter haec summo iure et illud refero, quod illa effectu suo non desituatur haeredum intuitu (§. XIII.); cum e contrario haec cum persona Iniuriantis, ferme penitus cadat *a*). Sic etiam tempus actioni iniuriarum, vt valor ei infit, praescriptum, perbreue est *b*), cum prouocationi ex Lege Diffamari longius sit concessum (§. XVI.). Illud demum, vt hic adducam proficuum esse puto, quod durante processu diffamatorio, actioni iniuriarum nunquam praescribatur *c*).

a) LVDOVICI L. c. §. 25.

minimalis L. c. §. 291. SCHAUMBURG

b) Ill. ENGAV Elem. Iurispr. Criminalis L. c. §. 291. SCHAUMBURG

Compend. Iuris Dig. L. XLVII. T. X. D 3 §. 9.



§. 9. et in *Annotationibus ad Seruuii* c) BERGER *El. Proc. Prou.* §. 14. *Iurisp. Rom. Germ. forensium* L. III. T. BOEHMER *Compend. ff. 1. c.* XII. *Aphor. IV.*

§. XLVIII.

Prouocatio ex Lege diffamari pro fundamento habet id, vt diffamans demonstrationem factae diffamationis suscipiat, (§. VII. a. IV.). Hanc aut pro eo, ac debet, expedit, aut in ea succumbit. Si hoc, adest sane factum contra leges quasvis perpetratum, ideoque dignum, vt poena, tam interesse publicum, quam priuatum concernens eiusmodi diffamantem teneat a). Quae quidem vt satis apte determinetur, ante omnia leges specialiores, si nempe de hac quidquam disponunt, veniunt considerandae b). Deficientibus his, cum poenae semper delictis debeant respondere, haec vero animus inter se discernat, pro damno diffamato per hocce iniquum factum dato, ac prout aut vitam, aut bona, aut famam tangit, proque persona, cui est illata diffamatio, ista variabit poena. Haud tamen limit praxis, vt ad certum quantum redigere, et illud iuramento confirmare diffamatus possit suum interesse c). Ceterum inter omnes constat, victum victori ad expensas restituendas teneri, d) hinc diffamans eidem iuri erit obnoxius, nisi forsitan iusta causa earum compensationem suadeat e).

a) CARPZOV *Pract. Crim. P. II.* dec. 89. n. 1. *segg.*
Q. 98. n. 8. id. in *Iurisp. Consist.*
L. II. Tit. 14. def. 234. n. 1-3. GIL-
HAVSEN in *Comment. ad Instit. de ini-*
iuriis §. 5. n. 191. BEIGIVS *P. II.*
Q. 31. n. 44. BERLICH *P. V. Conclus.*
67. n. 9.

b) REFORMATIO FRANCOFVRT.
P. X. Tit. 7. §. 1. *Von Ebrun- Schändern,*
so sich, das sie bey eines andern Ebeweib
oder Wittib, oder einer Lungfrau ge-
schlafen haben, bösslich rühmen.

c) Vid. BERLICHII *Decis. aureae*

dec. 89. n. 1. *segg.*

d) Satis confirmant hancce sententiam, praedicta ab ill. facultate Ienenli, Viadrina, Lipsiensi exarata, teste RICHTERO *decis.* 100. n. 108. et MENCKENIO *loco cir. thes.* 13. *Consentit ORDINATIO PROVINCIALIS HENNEBERGICA* L. II. Tit. 2. Cap. 18.

e) Ita iudicarunt Scabini Lipsienses testante RIVINO in *Enunciatis Iuris* Tit. 36. *enunc.* 10. BARTH in *dissens.* 922.

§. XL.



§. L.

Haec sint, quae in praesenti de tritissima illa inter iuris consultos disceptatione, qualem hodierno die prouocatio ex Lege diffamari et ex Lege si contendat, cum actione iniuriarum producat effectum, adferre, necessarium duxi. Deo interim optimo maximo, summo rerum omnium moderatori, pro iis, in labore isto ad finem ducendo, benigniter mihi concessis, alias infirmioribus corporis viribus, quas postulo, debitas persoluo grates. Quod vero reliquum est, abs Te Lector Beneuole, etiam atque etiam peto, velis hanc dissertationem, quaecunque illa sit, vt primitias meae vitae academicae considerare, et si quae forsitan in ea occurrunt, Tui non plane saporis, ea aequi bonique consulere.

O M I S S A.

p. 12. §. 18. lin 7. n. f) adde post citationem *ferme*.



NOBI.



NOBILISSIMO ORNATISSIMOQVE
RESPONDENTI
CAROLO ADOLPHO WACHLERO

GOTHANO

S. D. P.

D. IO. AVGVSTVS HELLFELD, P. P. O.

SERENIS. SAX. DVCVM CVRIAE PROVINC.
ET SCABIN. ASSESS.

Recte VIR NOBILISSIME, TIBI consulis, qui triennio ferme in nostra academia peracto, TVA in publicum profers studia et patriae aequae ac patronis temporis optime consumti, rationes reddis. Dissertatio a TE elaborata, respondet eximio, quo in iurisprudentiam veram et non fucata[m] incubuisti studio. Gratulor TIBI egregium hocce diligentiae specimen et studiorum academicorum curriculum feliciter peractum, summumque Numen rogo, velit TVIS imposterum adesse conatibus, vt diligentiae TVAE, felicibusque quos in studiis fecisti progresibus fortuna semper respondeat secunda. Vale et me amare perge. Dabam Ienae d. XIV. Apr. CIO IO CCLIII.

NOBI-



NOBILISSIMO

ATQVE OMNI LIBERALI DOCTRINA POLITISSIMO,
VIRO IUVENI

AVCTORI ET DEFENDENTI

H. D. AUDITORI SVO STUDIOSSIMO, AMICO,
DOMESTICO ET CONTERRANEO AESTV-

MATISSIMO

S. D. P.

PRAESES.

Quid mirum, si TE Amice perquam dilecte, hodie in arenam publice deducens, gaudio maximo perfundor. Amicitia et familiaritas, qua patres nostri iam a pueris semper vfi sunt, atque ad nos translata, illud tanquam effectum meae erga TE sinceræ propensionis, atque amoris producit. Mores ad omnem modestiam compositi iuxta ac ingenii acumen, ad quaeuis felicissimo cum successu expedienda negotia aptum, solida TVA eruditio mihi bene, non solum ex consuetudine, sed et ex meo disputatorio collegio cognita, quin imo ex TVA dissertatione proprio Marte elaborata, de qua ex animo gratulor, perspecta, me in TVI amorem magis magisque rapuit. Pergas modo, eum TVA benevolentia atque amicitia prosequi, prouti hactenus solitus fuisti, qui adprecatur ex animi sententia, vt Deus optimus maximus in posterum TIBI successus vltra vota prosperos benignissime largiatur, TE semper sospitem incolumemque seruet et quaeuis fauste ac prospere tibi contingant; Sic patriae nostrae carissimae, sic Reipublicae eximium euades ornamentum. Vale mihiqve faue. Dabam Ienae d. XIV. Apr. CIO IO CC LIII.

E

Omne



Omnne quod est trinum perfectum non minat omnis
 Effato verax huic sua fama manet
 Quos etenim mundus perfectos dicere senuit
 Sunt homines, curae queis ea triga fuit
 Virtus, cui soror est studium, atque scientia rerum.
 Haec tria constantes quosvis ad astra vehunt,
Carolus haec noster, quem virtus alma decorat,
 Hisce suis curis monstrat vbique satis
 Huic studium comes est tandem pedissequa fama
 Ipsum quae cunctis non finit esse rudem.

Quae quidem pauca ad exhibiti speciminis opus
 gratulaturus annectere voluit.

LVDOVICVS CHRISTIANVS WACHLER.

Commissarius a Praefectura Gothana.

Προφαίνεις σοφίαν φρονίζεις ὡς περιάλλη
 καὶ πρῶτος, εἴσει Νέσορα τὸν καταδῆ.
 Τείνης γέν, πόρρω! Ἐυρήσεις Φίλτατε, ἀδελφῆ
 τὴν λάμπραν δάφνην, ἥδε νίκην ἄματε.
 γυνῆμα, καὶ ταῦτα θεὸς τελεσεῖεν ἅπαντα,
 αἴτιος ὃς πέλεται διὸς μεν φωτὸς
 παιδύνατος, διὰ οὗ σωτήρια ἔσιν ἀληθῆς.

Τα εἰς τὸ τεκμήριον ὀλίγα τῆς ἀγάπης καὶ
 ἡμεῶς ἀδελφικῆς τίττει.

M. Βεϊδεξίκος Ἀ'υγῆσος Waχλῆρος.

Monsieur,

*Monſieur.*

Vous ne ſauriés croire combien je ſuis ſenſible à ces tendres marques de bienveillance, dont vous avés toujours eü la bonté de m'accabler dans toutes les occaſions qui s'en font préſentées: principalement je ſuis touché de joie juſqu' au plus vif de mon ame de ce que vous avés bien voulu, vous même me commender aujourd'hui à vous faire la guerre au ſujer de cette belle et tres ſavante piéce, que vous venés de mettre au jour.

Je vous en dis MONSIEUR, mille tréshumbles remerciemens, et ne ſouhaite rien plus ardemement, que d'être un jour aſſés heureux, pour vous en pouvoir remoiſigner réellement ma reconnoiſſance. Du reſte, je prie, le Seigneur, dont la grace eſt l'unique ſource, de la quelle tous les vrais bien rejoilliffent ſur nous, qu'il lui plaiſe de vous faire jouir dès à préſent de toutes les felicités les plus délicieufes, dont les unes ſuccedent aux autres dans une ſuite perpetuelle ſans qu' aucun facheux accident s'y puiſſe jamais meler, à fin qu'à l'avenir au ſein de la fortune vous ſoies recompensé très richement de ces peines infinies, que vous vous êtes donnés ici pour apprafondir dans ſon interieur routes les ſciences les plus utiles, dont on puiſſe ſe rendre recommandable à tout le monde. Voilà, MONSIEUR, les voeux, que j'oſe vous faire et que le bon Dieu ne manquera pas d'accomplir au premier jour.

En attendant, je me recommande a l'honneur de vos bonnes graces et ſuis avec tout l'attachement poſſible

Monſieur

Votre tréshumble et bien obeiffant ſerviteur.

ANTOINE CHARLES ALBERT
DE FISCHERN.

De Saxe Meinungen Oppof. bi marob

D 2

NOBI-



NOBILISSIMO AC DOCTISSIMO

VIRO

CAROLO ADOLPHO WACHLERO

S. P. D.

CAROLVS FRIDERICVS WALCHIVS.

QVO luculentiora TVAE, quam in me nauas, benevolentiae, amicitia inter nos contracta, exstant documenta: eo magis, vt eorum in numerum me adgregem, iure quasi meo fumo atque arrogo, qui de feliciori litterarum TVARVM statu laetantur hincque ad TE veniunt hodie gratulatum. Non satis habes, militasse hic in iurisconsultorum castris strenue: egrederis ex illis: vires TVAS periclitaris et in certamen descendis. Qui incredibilem, qua omne tempus maxima cum laude legitimis in disciplinis colendis consumsisti, industriam recordatur et simul locupletissimum eius testem, doctissimam hanc commentationem, quam hodie tueberis, aspicit, hebes atque omnino rudis esset oporteret, si incertum adhuc certaminis TVI, vt aliorum proeliorum, esse exitum, statueret; neque inde, honorificum TIBI istud fore ac praeclarum, auguraretur. Prauideo potius gloriam, quam ex eo TIBI conciliabis: igitur de hac iam antea merito gratulatione TE prosequor et, me mihi inprimis fortunatum videri, confiteor, quam dissentientis partibus fungar, ideoque non spectator illius solum; sed praeco etiam existam. Accipias laetus, VIR NOBILISSIME, hanc mercedem virtutis: redeas ad patrios lares: capias ibi quotidie novos eosque vberrimos industriae TVAE fructus et adferas, quae ex TE sibi dudum augurata erat, patriae commoda. Pro amicitia TVA gratias TIBI ago summas, quam conferues, etiamsi amplius haud coram id liceat; ego vero me TIBI spondeo semper addictum, atque



que deditum. Vale, resque tuas age feliciter. Ienae, d. XVIII.
cal. maii ann. CIOIOCLIII.



Die Ehre bleibet wohl des wahren Fleisses Kind,
Diß hast Du klar an Dir mein werther Freund gezeuget,
Dein edles Beyspiel weist, was der vor sich gewinnt,
Der seiner Triebe Heer zum Wissenschaften neiget
Und so muß uns der Ruhm von ächten Fleisse rühren,
Von Fleisse, welchen wir bey einem Freund verspühren.

Du machst uns ieko kund, den Schatz, den längstens schon
Die edle Brust verbarg. Die Welt muß selbst den zeugen
Von Deiner Trefflichkeit, und drum müßt Du den Lohn
Den Du schon längst verdient auch würdiglich erreichen,
Denn ein Justinian, den wir so hoch erheben,
Muß seinen ächten Sohn vor Fleiß auch Ehre geben.

Ich Deines Glückes Freund, erfülle meine Pflicht
Und zeige Dir dabey mein rebliches Vergnügen

Dech



Doch schreibt die Feder nichts als was die Wahrheit spricht,
 Die Wahrheit aber sagt, daß durch des Himmels Güten
 Und durch den großen Fleiß, den Du alhier gezeigt
 Du einen hohen Grad, von Glück und Ruhm erreichet.

Hiermit will sich dem Hochgeehrtesten Herrn
 Verfasser dieser gelehrten Abhandlung
 zu dessen Wohlgetwogenheit und Freundschaft
 empfehlen.

Deffen

aufrichtigst verbundenster Freund und
 Diener

Henrich Gottlieb Eynstein

aus Weimar d. N. B.

Oppon.



Jena, Diss., A753

ULB Halle

004 152 840

3



f
sb.





LXXIII.

1753/11^a
15

DISSERTATIO IVRIDICA

DE

GENVINO REMEDIORVM
ROVOCATORIORVM
EORVMQVE ACTIONVM
ANNEXARVM VSV PRACTICO

QVAM

DIVINA ANNVENTE GRATIA,
RECTORE ACADEMIAE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

DOMINO

RNESTO AVGVSTO
CONSTANTINO

DVCE SAXONIAE, IVLIACI, CLIVIAE, MONTIVM,
ANGARIAE ET WESTPHALIAE, RELIQUA

ONSENTIENTE ILLVSTRI ORDINE IVRIDICO
PRAESIDE

IOANNE ANDREA HOFFMANNO
IVRIS VTRIVSQVE DOCTORE

PRAECEPTORE ATQVE HOSPITE SVO AETERNVM COLENDO
AD D. XIV. APRILIS A. O. R. MDCCLIII.


IN ACADEMIAE IENENSIS
AUDITORIO IVRIDICO

PVBlice DEFENDET
ILLIVS AVCTOR

AROLVS ADOLPHVS WACHLER

GOTHANVS I. V. C.

IENAE LITTERIS SCHILLIANIS



B.I.G.

Farbkarte #13